J a c o b u s [de Clusa]

T r a c t a t u s doctoris Jacobi Ordinis Carthusiensis d e a r t e b e n e m o r i e n d i. Leipzig, Arnoldus de Colonia, I495.

28 ff.nn./cum folio ultimo sine texto/.

Hain, 9340. - BMC III, 644. - Schubert, A. Die Wiegendrucke der Studienbibliothek zu Olmütz, Nr. 95I. - Kotvan, I. Katalog prvotlaci Univerzitnej Kniznice v Bratislave I, I33. - Louda, J. Soupis prvotisku Universitni Knihovny v Olomouci, 988. - Badalic, J. Inkunabule u Narodnoj Republici Hrvatskoj, 594.

# Tractatus Doctoris Jacobi ordinis carthuſienſis. De arte bene moriendi.

## De arte bene moriendi. C. i.

De origine bene viuendi. Capitulum ij.
De curis ſecularibus abiciendis. Capitulum iij.
De aſperitate et vilitate. Capitulum iiij.
De obiectione infirmitatum. Capitulum v.
Alia obiectio cõtra predicta. Capitulum vi.
De meditatione futuroꝝ pauendoꝝ. Capitulum vij.
De elemoſinarum largitione. Capituulm viij.
De indulgentiarum ꝑticipatione. Capitulmu ix.
De ingreſſu religionis. Capitulum x.
De gratia lacrimarum. Capitulum xi.
De perpeſſione iniuriaꝝ. Capitulum xij.
De deſiderio diuine fruitionis. Capitulum xiij
De miſſarum celebratione. Capitulum xiiij
De his q̄ circa finẽ morituris ſolẽt euenire. Capitulum xv.
De dolore morientium. Capitulum xvi.
De cõſcientie ꝓprie accuſatione. Capitulum xvij.
De preſentia malignoꝝ ſpirituũ. Capitulum xviij.
De octo per xp̄m in paſſione ſua factis et ꝑ nos imitandis in morte noſtra. Capitulum xix.
De preſentatione ante tribunal. Capitulum xx.
Concluſio huius tractatus De arte bene moriendi.

Львів. Бібліотека
АН. УРСР
14.113

# Tractatus Doctoris Jaco
bi ordinis carthuſienſis. De arte bñ moriēdi. Capitulū pri.

Omnes morimur et quaſi aque dilabimur in
terrā que non reuertentur. Uerbū eſt organo
cuiuſdam ſapientis mulieris prolatū.ij.regū.
xiiij. Cum igiť cōdicio humane nature ex ſuis
naturalibus principijs. diuini muneris largi
tate in paradiſo ei gratuito conceſſis multū alta fuerit et im
mortalitate plena. ſed tñ in tranſgreſſore precepti dei adam
videlicet corrupta eſt. et ſic oēs hoies cōſequunť in euitabilē
cauſam mortis quā ab eo traxerūt. prefinitum tñ tempus diē
et horam ſue vocationis de cōmuni lege ignorant oēs in hoc
mūdo viuentes. Ipſa aūt mortis pena oim terribiliū terribi
liſſima eſt. nedum ꝓpter aie a corpore reſolutionē. ſed forcius
ꝓpter ſequētem penam intollerabilē et multis acerbitatibus
plenā ac interminabilem. quā organū diuine vocis minatur.
et nullus qui hunc inextinguibilē ſemel intrauerit reſilire pt.
Quis ergo tam ſaxei pectoris exiſtere pt cuius memoria tac
ta tam ineuitabili mortis pena et ea que eam cōſequuntur.
ex totis medullis cordis non cōtremiſcat niſi oino ſenſum
rōnis amiſerit aut laqueum deſparationis incurrerit. Nec
ignoro multos eſſe et fuiſſe aut futuros eſſe q̇ aut denſis vo
luptatū carnaliū craſſiſq; paſſionū tenebris obcecati nullis
diūe cōminationis aut humane cōmonitionis aut ſcriptu
raꝝ ſanctaꝝ exhortationibus euigilare volunt et ſurda aure
ꝑtranſeunt. Quid de illis dicere poſſum niſi illud quod dñs
de ſcribis et phariſeis in doctrina eius ſcādalizatis diſcipu
lis ſuis dixit. Sinite illos. omnis plantatio quā non plāta
uit pater meus eradicabitur. Mathi. xv. Tales niſi reſipue
rint ſencient in tormentis qđ ſentire cōtempſerunt in horta
mentis. Cordi itaq; mihi et opeprecciū videtur de hac mate
ria ſtilo qualicūq; inculto aliqua ad lucem producere. vti qꝛ
iudiciū mortis nemo effugere valeat. et qūo ad ipſam modis
poſſibilibus ſe hō diſponat vt eo minus offendat ymo graci
or fiat. quo magis preuiſa et ad eam diſpoſitus procedat. Ne
q; eñi fieri pōt vt non tollerabilior ymo dulcior acceptetur

que modis cõgruentibus expectatur. nõ iam terribilis ſꝫ op
tata licet nature quidẽ horrenda rationi tñ et fidei nõ expa
ueſcenda ꝓpter repoſitã coronã que eã comitatur. Ueraciter
em̃ paulus brauiũ eterne vocationis cõtemplatus non iudi
ciũ non formidans aiebat. Cupio diſſolui et eſſe cũ xp̃o. Et
ad thymotheũ: Bonum inquit certamen certaui curſum cõ
ſumaui fidem ſeruaui. de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſ
ticie. Et reuera hec non eſt paruipendẽda doctrina licet ſtilo
minus ornato ingeratur quã tanta vtilitas ſequi poteſt. vt id
iocunda facie acceptetur qđ omnibus exiſtit horrendũ et nõ
aliquod nocumẽti afferat licet ex ſe ſit terribiliſſimũ. ſed et lu
cri plurimũ conferat. ſi ad ſe ſuſcipiendũ ſolicitum reperiat
cultorem. Neqꝫ putet lector diligẽs ſtilo preſenti me velle aut
poſſe modũ ꝓponere. quo acerbitas doloris tempore mortis
immininnentis ex naturalibus principijs mitigari poſſet quã
etiam precipui ſancti non credunť euaſiſſe. niſi de munere di
uine gratie ſpeciali. vt credimus virginẽ glorioſam et ipſius
cuſtodem. Johannẽ euangeliſtam et ſi alios tales reperimus
Sed ꝑmodulo meo ꝓpono quedam diſſerere. quo ꝑ redum
danciã deuote anime diuinis deſiderijs inflãmate ſuoꝝ gau
dioꝝ celeſtiũ exuberãciam refundere habent in corpus ſibi
vnitũ vt eo leuius corpis moleſtiã et reſolucionem eius ab eo
ferant quo mox poſt reſolutionẽ ciuibus ſe ſperant cõſociari i
celeſtibus: ſicut in pluribus ſãctis et precipue in martiribus
laurencio et tiburcio alijſqꝫ multis credimus accediſſe Eſt em̃
propriũ magne et certe ſpei qua quis ſe credit grãdia bona
aſſequntur: tollerabilius ferre penas moleſtiaſqꝫ per quas et
ſine quibus hec bona aſſequi minime valeant. vt claret in mũ
danis accionibus difficilibus id eſt per quas homines ſe grã
dia lucra optant aſſequuturos. Oportet autem in hac arte
quam intitulari volui. de arte bene moriendi ſicut et in alia
qualibet qui efficacitur erudiri voluerit et non perfunctorie
eam conſequi. ſed eſſe docilem et attentũ diligentẽqꝫ et ſollici
tũ p̄cepta huius artis et regulas obſeruare. alioquin et labo
res inanens faciet et ſe grauiori pene ſubiciet tãqꝫ ille de quo
Petrus ait. Melius erat illi viam veritatis nõ agnouiſſe qꝫ
poſt agnitionẽ retrorſum cõuerti. Cuius etiã artis ꝑfectus

et fructus ex hoc liquide patere poterit. cū ſcḋm areſtotilē. vij. ethicoꝝ ſicut ſe hn̄t principia in ſpeculabilibus ſic ſe hn̄t fines in agibilibus. Nā principia in ſpeculabilibus directiua ſt; omnium cōcluſionū et regulatiua. ſic etiā finis vite humane qui morte apprehenditur. directiuus debet eſſe oīm actionū humanaꝝ vt omnes actus humane in hunc finem dirigantur. quo poſſit mors felix amplecti.

# De origine bene viuendi.

Capitulum ij.

Et qz nemo poteſt fieri noue vite poſſeſſor niſi quē penitet veteris. neqȝ bonā mortem aſſequi niſi prius precedat bona vita. quia non puenitur ad bonā mortē niſi per bonā vitā. Jdeo appetens bene mori amplectetur prius bn̄ viuere et in eo indeclinabiliter pſeueret. Hoc aūt quod eſt bene viuere. primū hoſtium habet vt quis ꝑ humilitatē integrā. lacrimoſamqȝ cōfeſſionem ipm ingrediatur. Juxta veritatis prime ſcȝ xpi. eiuſdē etiā preconis ſcȝ Johannis baptiſte primā doctrinā. qui predicaturi populo viā rectam a penitentia inceperūt dicentes. Penitentiam agite. appropinquabit eñ regnū celorum. Mathi. iij. et iiij. capitulis. Conſulendū eſt ergo ſaniſſimo cōſilio vt diſcuſſione fideliſſima cōſcientie premiſſa. de omnibus peccatis mentis. venialibus et mortalibus quātumcunqȝ poſſit purā faciat cōfeſſionem. Hec eñ eſt ſcḋa poſt naufragium tabula quā niſi quis apprehenderit poſt primū naufragiū non euadet ſecundum. Nec ex eo ſe exiſtimet ſecuratnm. ſi de cognitis faciat cōfeſſionem. cū regius ꝓpheta dicat. Delicta quis intelligit? Pluraqȝ firmiſſime nouerit eē incognita ꝙ̄ cognita. ne forte ex medicina penitentie ſurrepat vicium elationis ac ſecuritatis. Sicqȝ periculoſius incidat in laqueum dyaboli quaſi ſecurus ſupbiens ꝙ̄ prius peccatorē ſe ſciens et reputans. Eſt eñ morbus quilibet letalior occultus et incognitus quā notus et apertus. Securius ergo eſt vt ſtet ſemp in timore continuo trepidus de impfecta peccatoꝝ nocitia ac de nouo ſemper caſu ſuſpectus. ſic timendo cogiť ſemper vigilare et torporē inertie a ſe excludere. Huius hoſtij primus ingreſſus ſi

negligatur. minime homo credat ad bene viuendum ſe diri
gi nec per conſequens ad bene moriendum diſponi. Hoc enim
ſanctorum preconiſat vita hoc omni ſcripturarum tradit auctoritas.

¶ De curis ſecularibus abiciendis. Capitulum iiij.

Ed quid expedit a preteritis viciorum cupidinibus e
mundari niſi et cautela maxima adhibeatur ne quis
recidiuum paciatur. Laue inquit ſponſa veſtimenta
mea. quomodo iterum inquinabo illa? Recidere inquit ber
nardus peius eſt quam cadere et facilius inclinatur quis ad
caſum. in eo in quo ſepius meminit ſe cecediſſe propter habi
tum acquiſitum ex actibus prioribus. Non enim quia culpa
deleta eſt per confeſſionem. ideo etiam habitus acquiſitus
per operationes multas cenſetur eſſe corruptus. durate enim
habitus in ſenſualitate iam extincta culpa et reatu in ratione.
Nam ſibi non contrariantur habitus et culpa nec ſe conſequun
tur quo ad eſſe et non eſſe. Stat enim culpam eſſe cum habitu vi
cij et ſtat culpam eſſe deletam permanente habitu qui itera
to inclinat ad actus ſimiles quia quales ſunt habitus tales ſunt
et actus. Eſt ergo inter alia impedimenta non minimum. in offen
ſo pede vix aut numquam ſineus incedere ſine macula. altus ſta
tus in quacumque preeminentia aut preſidentie paſtoralis. aut
dignitatis conſularis. aut prefulgentie principalis. ſeu etiam ex
cellentie magiſtralis. et vniuerſaliter cuiuſcumque celſitudinis ſu
per ceteros. Hec enim iter rectum incedere cupientem ſepius obli
quare faciunt et numquam vel raro innocentem vitam ſecum paciun
tur. Diſponere ergo ſe volens ad bene moriendum meo conſi
lio quantumcumque ſalua obedientia poteſt ab omni mundiali altitu
dine et a ſecularis et eccleſiaſtice dignitatis culmine ſe ſtude
at remouere et preſeruare. Et ſi cogatur ad quamcunque apicem
quantum in ipſo eſt pro viribus reluctetur. aut ſi omnino aſcen
dere vrgeatur cum pacientia in ea reſideat donec quanto cici
us poterit iugum a collo abiciat et optata libertate fruatur. Hor
tantur ad hoc innumerabilia exempla excellentiſſimorum viro
rum qui tamquam luminaria in mundo. ſcientia doctrina et honeſta
te vite prediti. omni tamen ſollicitudine et omni conatu alti
tudinis apicem declinare ſtuduerunt. vt papa. Gregorius Au
guſtinus et Ambroſius antiſtites ſancti qui omnes querulis

vocibus cogebantur ad aſcenſum katbedraꝝ et ingentibus
planctibus in eis reſidebāt. Quod q̄ꝫ veꝝ ſit qui deſiderat ſci
re. facile in eoꝝ vita poterit inuenire. Eſt em̄ ſecundū Ber
nardū non minima ars diſcere neſciri. Et nō ſolum dico hec
retinacula fore preſidentiū vitanda cuilibet artem bn̄ morie̅
di cupienti ſed et quālibet meutis ſollicitudinem et inquietu
dinem circa quecūqꝫ extra ordinaria negocia. preterq̄ꝫ ſpūa
lia .mentem humanā retrahentia criſto diſcipulos amouen
te. Uidete inq̄t ne grauent̄ corda veſtra in crapula et ebrieta
te et curis huius mūdi. Mentior ego ſi nō iacobus apoſto
lus in canonica ſua idipſum ſuaſerit dicens. Nolite plures
magiſtri fieri fratres mei. ſcientes quoniam maius iudicium
ſumitis. eiuſdem tercio capitulo. Non ignorauit em̄ ꝙ cui
plura cōmittuntur ab eo et plura exigentur. dum em̄ creſcūt
dona etiā creſcunt donoꝝ rationes. Hoc aūt fugere cuilibet
vere volenti nō erit difficile modernis tp̄ibus cum hec a plu
ribus appetantur. et quod a pluribus petitur facile inuenit
poſſeſſorem. Nec iam queri neceſſe eſt tales qui talibus preſi
dentijs prelocabuntur vt olim in primitiua eccleſia. ſed vna
katbedra vacante plures ſe offerūt ymmo ſe ingerunt. et per
impreſſionē occupant. Rarus em̄ eſt qui peſte hac caret. quā
beatus Bernardus baptizat libidinem dominandi. Cauen
dumqꝫ eſt ſm̄ Grego. ne vbi pigeat cadere ibi libeat iacere.
Sunt em̄ pleriqꝫ qui vix coacti aſcendunt. ſed proceſſu tp̄is
manus oſculantur et quod cum dolore amplectebantur. cū
amore poſſidere cupiunt. nec volunt nec poſſunt auelli ab eo.
ad quod vix prius trahi poterant. Ecce indicium peſtis quā
dixi libidine dominandi. Quomodo vero iſtis bene morien
dum eſt qui radices ambitionis in terra fixerunt. a quibus
auelli non volunt ? Nam oportet omnes radices preſcindi
ab eis in terrenis. qui hanc artem bene moriendi cōſequi vo
lunt. Nec dico omnē ſeculi altitudinem aſpernendam ab eo
qui aſpirat ad artem bene moriendi quo ad eſſe idest quo ſit
vnus de eis: ſed quo ad eſſe et coeſſe vt etiam corp̄e et cōuerſa
tione ſit a taliū conſortio et familiaritate ſeparatus. Judico
em̄ vix aut raro fieri poſſe vt cōſortia ſublimiū perſonaꝝ aut
quorumcunqꝫ negocioꝝ perplexarum admixtio innocentiā

vite valeant conſeruare. Sunt em̄ multa retinacula et ſpine
cogitationum talibus cōiuncte que mentem interioribus oc
cupari non ſinūt et quietem animi multum turbant. Quāto
igitur rarior cum talibus cōuerſatio. tanto quiecior vita eſt.
et homo ſibiipſi magis vacare poteſt. Ideo ſancti patres ad
cōſeruandā innocentiā et animoꝝ quietē ſuaſerūt pontificū
et mulierum conſortia penitus eſſe fugienda. ꝓpter mentis
anxietatē que ex taliū cōſortio ſolet parturiri. Et ſic pari mō
vt teſtatur caſſianus libro. xi. De inſtitutis patrum. Hoc re
cens et felix antiſtes xp̄i Auguſtinus vita eius in ſeniū ver
gente. curā omnem epiſcopalem cū onere annexo reſignauit
in cōſpectu tocius plebis yponenſis ſuo ſucceſſori ip̄m ſubſti
tuens eo adhuc viuente eracliū preſbiterꝝ. omneſqꝫ cauſas et
negocia ep̄alia ad eundē referri p̄cipiens. cupiens ipſe deo et
ſcripturis ſanctis intendere vt patet in epiſtola ſua. 166. Et
hoc de multis alijs legimus ꝓut narrat albertus in ſuo rudi
mento. multos cōmemorans q̄ omnes epiſcopalibus curis.
reiectis. quietati a curis ſeculi deo placere ſtuduerūt vt vale
rius yponenſis p̄deceſſor auguſtini. ludicius ciclodēſis ep̄us
vt teſtatur Grego. in ſuo regiſtro q̄ ad religionis portū cōuo
lauit. ⁊ beatiſſimus martir adalbertus pragenſis archiepiſco
pus monachus et poſt martirio coronatus. Petrus etiā da
miani vir religioſus et carthuſienſis ordinis ſui primicerius
duoꝝ epiſcopatuū vnius regendi alterius viſitādi mole op
preſſus. abiecta ſarcina ad ſolitudinē repedauit. ymmo et idē
petrus damiani notabile verbū ponit de his dicens. Quot
quot inquit legimus pura intentione ep̄atus dimiſiſſe certa
ſpes eſt eos etiam cum xp̄o in eterna ſocietate gaudere. Et
quod de illis dicitur. hoc et de alijs pariformiter mundi ne
gocia et pompas atqꝫ prelaturas abicientes intentione deo
vacandi intelligi poteſt quia vbi eadem ratio ibidem ius. Et
forte poſſet quis tacita obiectione obicere illud. Pauli Qui
epiſcopatum deſiderat bonū opus deſiderat. Et nullū bene
ficiū deo gratius q̄ȝ zelus aiaꝝ. vt ſcōꝝ pontificū et paſtoꝝ
lucroſa vita pariter et doctrina et multa talia ſꝫ p que blan
diri ſibi quis poſſet de lucro animaꝝ ⁊ per cōſequens adinge
rendū ſe de vita negocioſa. Ad qđ quidē alter nō improuide

poſſet reſpondere.ad mentem ſic obicientis. Si omnes an
geli cōſideretur.vix talis poſſet eſſe ſine ſuſpitione ꝓprie excel
lentie qui de ſua ꝓpria ſalute non eſt ſecurus et ſuggerit ſibi
de aquiſitione ſalutis alioꝝ.periculo et precipicio ſe exponēs.
cū in altitudinis apice eleuati multis ventoꝝ tempeſtatibus
frequenter fuere obnoxij:vt ſacra ſcriptura inquiſita de mul
tis teſtatur.vt dauid ſalomone et ceteris pene oībus regibus
nec non moyſes ille mitiſſimus et in tota domo dei fideliſſi
mus innocentiam purā ſeruare nō potuit tpe ſui ducatus.ſꝫ
peccatꝫ pplī iſrahelitici cui preerat exacerbatus deū offendit
ad aquā cōtradictionis vſqꝫ adeo ꝙ terrā ꝓmiſſionis intrare
non meruit. Sic ſaul añ preſidatū optimus. occaſione preſi
dentie reprobus eſt effectus.Sic et heli ſacerdos cū filijs dā
natur.ex occaſione ſue ſacerdotalis dignitatis .Nec putan
dum eſt aliquē vere humilē talem affectū ad lucrū aīaꝝ aliaꝝ
habere poſſe.tāqꝫ de ſua ꝓpria iā ſecurus cū qualibet vera ſa
lutis ſue amatur primo aīe ſue miſeret̃ placēs deo.q̃ꝫ ſui obli
tus ad alios acquirēdos ſe trāſferat cū ſuo periculo.magis
eligens dulciter plumeſcere in nidulo abſcōdito q̃ꝫ ſuam im
plumē auiculā rapacibus exponere morſibus beſtiaꝝ. denti
bus et vnguibus diuerſoꝝ ſe cōmittens.preſertim modernis
temporibus cum iam repleta eſt terra ſcia donū et hereſim
malicia cōquieuit et ꝓh dolor corrupti hominū mores inua
luerūt qui pene omnē docibilitatē a multis excluſerūt. Nā ſic
talia olim ſecula tpe ſanctoꝝ preſulū quoꝝ tpibus doctrina
erat ⁊ ꝑneceſſaria indefeſſa ꝯtra lupinos dentes extabat fruc
tuoſa.hodie vero vt plurimū paſtores et alij preſidentes lu
cris et defenſionibus et acq̇ſicionibus tpaliū incubere certū
exiſtit.neqꝫ eciā ociū ſanctum qđ oībus optabile eſſe deberet
querit̃ aut deſiderat̃. Si quis tñ poſſet reperiri equalis vite ⁊
doctrine patrū priſcoꝝ tpm quis talē abiciēdū iudicaret:licet
preſumptuoſe ſe talē q̇s iudicaret ꝓpria eſtimatione reperiun
tur tñ olim etiā cōſpicui et vita ſanctiſſimi.cum ſumma diligē
tia vitā negocioſam reſpuiſſe vt gregorius ambroſius et au
guſtinus. Cōſulendū igitur videtur:oībus arte bñ moriendi
diligentibus.vt ſue ꝓprie ſaluti inuigilare ſtudeāt.abicientes
quaſcumqꝫ de ſalute alioꝝ ſuggeſtiones.Que duo premiſſa
ſcꝫ pura oīm peccatoꝝ cōfeſſio et negociorum exoneratio ſic

cenſeo fore neceſſaria ad bene moriendū ſicut purus oculus neceſſarius eſt ad.bñ videndū. Cuius primo exemplū accipimus a btō Auguſtino q̄ licet poſt baptiſmi ſacri ꝑceptionē in triceſimo vite ſue anno.pluries nō dubitat̃ ſe ꝑ purā penitentie ablutionē emūdaſſe tñ in hoc nō cōtentus.vnā generalē cōfeſſionē ſuoꝝ criminū in facie tocius orbis legit̃ feciſſe. quā ſcripſit in.xiij.libris cōfeſſionū ſuaꝝ.Ibidē cū multis lacrimis beatus ille ⁊ cordis humilitate ſuas hereſes incōtinētias p̄ſumptuoſitates furta mendatia mētis elationes cupiditates curioſitates et incredulitates vanitates falſaſq; doctrinas et malas ſuggeſtiones et multa alia ſua vicia añ baptiſmum cōtracta non erubuit publice tradere in ſcriptis peruerſis ſe tradens ad irridendum.bonis vero et pijs ad compatiendum vt vix quis ipſos libros legens cum attentione ſe a lacrimis valeat continere cū tam de pijſſimo pectore tam lacrimoſa ꝓcedit cōfeſſio.cum tamē ſ̄m doctores credenda ſitꝫ omnia crimina ante baptiſmū et in pueritia ac adoleſcētia ꝑ eum cōmiſſa ſibi totaliter ſ̄m fidem dimiſſa. Nobis vtiq; omnibus vtiliſſimū relinquens exemplū vt idē facere pudeat et ſi nō in facie tocius orbis.tñ corā facie ligādi et ſoluēdi claues habētis. Et vt hoc perfectius quis efficere poſſit. nō diſſuadendū eſt etiā oīa peccata a iuuentute cōmiſſa in ſcriptis redigere.ne a memoria labant̃:que facile ꝑ obliuionē obmittūtur. Ideo credimus eidem ſcō magnam gratiam a deo poſt hāc cōfeſſionē publicā accreuiſſe ex cōtracta humilitate.ex q̄ et ipſa cōfeſſio ꝓceſſiſſe videt̃.cū vtiq; hāc eidem nō fuiſſe neceſſariā certa rō teſtatur ſicut ⁊ cuilibet alteri etiam ꝑticulariter cōfitenti grā non dubitat̃ diuinitus copioſius cōmunicari. Ex prioribus inſpectis clara reperit̃ cā cū indignitatibus et occupationibus multꝫ cōſtituti petulāti affectione .aliqua egritudine aut periculo mortis coacti deplangāt ruinā quia ſcꝫ cogunt̃ cū dolore amittere qđ nō ſine amore cognoſcunt ſe poſſediſſe.ſecūq; ſarcinam peccatoꝝ portare ſe ſenciunt ad horrendū tribunal xp̄i.vbi ratio de omnibus ab ipſis exigetur.et tāto dolor mortis ingeritur acerbior quāto et his bonis ꝑpetue priuabuntur et de futuris nulla certa ſpe reſpirare poſſunt q2 p̄ñtia amauerunt et artem bene moriendi non didicerunt.

## ¶ De aſperitate et vilitate.
## Capitulum quartum.

Ec duo predicta in fronte pretuli tāq̄ȝ impedimen
ta remouenda ad parandū iter ei qui apprehendere
cupit artē bene moriendi. ſcȝ peccata et curaꝝ impli
catio. Iā vlterius ſtilus accingat ſe ad ꝓſequendū ea que vi
cinius dirigere poteſt mentē ad appetitū bene moriendi. Et
hec appellat beatus bernardus aſperitatē et vilitatē. Uide in
quit diuine humilitatē meam quantū ad ſcḋa et laborē meū
quantū ad primū. Iſta duo cōcernūt tā extrinſeca q̄ȝ intrinſe
ca ſcȝ corpus ꝓpriū. et exterius adiacētia que in ſui habitudi
ne bene cōpoſita non ſolū non horrendā faciūt mortē ſed et
appetendam. Primū eñ ſcȝ vite aſperitas corpus ip̄m reſpi
cit. vilitas ꝟo exterioꝝ amorē omniū reꝝ viſibiliū occidit vt
a corpe auferat̄ voluptas ⁊ a rebus exterioribus oīs p̄cioſi
tas et quodlibet illoꝝ amorē ſibi cōtrariū ⁊ nociuū occidit.
quibus duobus peſtilencioſis amoribus enecatis iā plantat̄
in mēte alter amor ſpūalis qui aſpirare facit hoīem ad bona
ventura q̄ nō niſi ꝑ viā mortꝫ apprehēdi poſſunt. Uñ qñ mēs
ferūēter aſpirat ad bona ventura. tūc tranſilit iocunde ꝑ illud
per qḋ ad ea bona futura ꝑuenitur ſcȝ reſolutionē anime et
corporis. Speſq̄ȝ illud bonū apprehēdendi ſentire nō facit
mortis imperiū ymmo etiā accendit mortis deſideriū. Illa ve
ro ſpes generat̄ ex his duobus ſcȝ aſperitate et vilitate. Nā
hec ꝓ lucro cōputant̄ a ſanctis que a peregrinatione premit
tuntur ad primā. Quātumcūq̄ȝ eñ quis hic aſperitate cōuer
ſationis carnē diſcrete afflixerit. a voluptatibuſq̄ȝ et preſump
tuoſitatibus rerum exteriorum abſtinuerit. tātum in celeſtes
theſauros merces a ſe repoſitas non debet dubitare. quibus
iſdem cum venerit ſcilicet ad xp̄i tribunal cū gaudio perfrue
tur pro eo quoq̄ȝ interceſſure ſunt vt ſententiam iudicis eo
hilarius exſpectet. Ueraciter eñ dicit paulus. Si noſmetip
ſos diiudicaremus. non vtiq̄ȝ diiudicaremur. O felix ꝓprium
iudicium. quod me illi tremendo ſubducit iudicio. Tollera
bilius fertur minor pena vt euitari poſſit maior. confidenci
amq̄ȝ pariunt largioris remunerationis plage et verbera
ꝓpter regem perpeſſa. ſicut et ſpes victorie fortes facit et dira
iacula non ſentire. Regulare eñ eſt quod affectus maiores

vileſcere faciũt minores vt timor maior minorẽ ⁊ maior amor
minorẽ.eſau hoc iudicante qui primogenita ſua que maioris
precij erãt ſecundũ rem.ſed apud ipm̃ minus eſtimabant̃.quã
vnũ pulmentũ a fratre ſuo iacob coctũ ꝓ quo vendidit ius
primogeniture amore maiori in corde ipſius oꝑante. Hoc ꝙ
dem in pñti vita fiendum eſt vt timor maior gehenne elidat
minorem pñtem et amor future vite excludat pñtem. Sic igi
tur aſperitas vite et vilitas exteriorũ in hoĩe faciunt odire
carnalem corꝑis vitã queꝑ illa in amaritudinẽ vertitur et co
gitur nolit velit tenderẽ ad aliam. Judicio eñ meo nullus a
mans pñtem carnalẽ vitã ſaltem carnaliter et voluptuoſe vi
uens p̃t mortem non horrere q2 non p̃t ſimul et futuram et
pñtem diligere vitã.cũ duobus dominis ſeruire ſit ipoſſibile
niſi in his ꝟtuoſis qui pñtem vitã amant ꝓpter penitentiam
ſuoꝝ criminũ ꝑagendam aut ꝓpter frugem vberioris meriti
ipſis cumulandã. Hec eñ ſole cauſe ſunt ꝓpter quas iuſti cu
piunt vitam hãc retardari. Fruſtra autem ꝓpter hec vitam ꝓ
longari cupit.qui non continue ſtudiũ impendit ad illa pro
ſequenda ꝓpter que hic viuere proponit.ideo ad hec efficaci
ter proſequenda expedit cuilibet tali in ſtatu quodam ſe per
ſeueranter tollerare qui eum eximat a turbulentis huius mũ
di curis vbi propoſiti ſui non paciatur impedimẽta et facile
poterit ꝓſequi preintenta. Nã ſi in ſtatu turbido et quietꝫ neſ
cio .ſe repoſuerit vbi quottidie ſibi pugna ingeritur et bellare
cogitur cõtra propoſiti ſui hoſtes me iudice tandem fruſtra
to fine ſuccumbet.cũ nullum violetum perpetuũ.primo celi.
Et oẽs conatus ſuos videbit ventꝫ et pluuijs eſſe obnoxios.
Que autem ſint ille aſperitates ⁊ vilitates de quibus ſermo
eſt puto quemlibet nõ ignorare. Refrenatio ſenſuũ ab illicitis
corporis caſtigatio a delicijs et voluptatibus nedum ſuper
fluis ſed et quandoqꝫ neceſſarijs. afflictio ieiuniorũ .duricia
ſtratoꝝ. continuatio diſcreta vigiliarum.a cibis et potibus
cupidis refrenatio.a colloquijs non ſolũ ſuꝑfluis ⁊ iocoſis
ſed ab omnibus etiã quandoqꝫ a bonis retractio.lacrimaꝝ
fluminibus redundare.cõpunctioni cordis inſiſtere.lectioni
bus orationibus. meditationibus curã attentã impendere.
et multa talia que licet carnis ſint afflictiua tamẽ animaꝝ ſtꝫ
impignatiua Vilitates vero ſunt omniũ curioſaꝝ precioſaꝝ

molliū.blandiſ.delicataꝝ rerū abiectiones in veſtibus ſuppel
lectilibus vaſis et locis.vt ſic alienatus ſit a talibus vt nūq̄
talia cōſpectui ſuo paciat̄ pñtari.et ſicut preſcindunt̄ hec ab
aſpectu ſic etiā totaliter deleantur a memoria.reputenturq̄
hec ꝛ his ſimilia tanq̄ ꝓpoſito ſuo inimica ꝛ q̄to rariora ꝛ
elegantiora.tanto eſtimanda ſūt ſalubriora.Probant hec ꝑa
eſſe acta ꝛ geſta perfectoꝝ viroꝝ quos celeberrimos eccleſia
veneratur poſt ſtatū primitiue eccleſie.ſcꝫ vita anachoritaꝝ
et ſolitarioꝝ qui quātis ſpūalibus delicijs affluxerunt teſtā
tur ſcripta de eis . Sed forte terrent hec audientē et legen
tem.dicentes durus eſt hic ſermo.Ad qđ nō indigne poteſt
rūderi. ferrū ferro acuit̄ et duris dura retundēda ſunt neq̄
eñ tam excellēs lucrū ſcꝫ bene moriendi niſi pro grandi pre
cio comparari poteſt.Natura eñ et ars exigunt laborem vt
claꝝ eſt videre in ſingulis ſub ſole.Oportuit eñ dauid gene
rum ſaul regē fieri.et filiā eius michol ducentis philiſtinoꝝ
preputijs ſibi copulādo periculo ſe exponere mortis. Item
iacob pro rachel filia laban pulcra facie et venuſto aſpectu
ſeruire oportuit ſeptē annis.Et ioſeph anq̄ dñs terre egip
ti fieret prius captiuitate venditione carcere et lōgo ſeruitio
affligebat̄. Sic de ſingulis alijs humanis actionibus et in
ſeruicijs regū et alioꝝ potentū.Nā milicie ſpēs amor eſt diſ
cite ergo ſegnes.laborabit oīs qui amare voluerit.Quot cō
che maris tot ſunt in amore dolores.Nec tedere debꝫ dolo
ris qui voluerit hāc vtiliſſimā addiſcere artē ad quā omnis
mortaliū cura aſpirare debet. ſcꝫ bene moriendi. quia ea ad
epta nihil melius nihil dulcius poſſidetur.cū ſm dictū ſene
ce tota vita hoīs aliud nō eſt q̄ ꝓperatio ad mortē.Nec mo
uere dꝫ aliquē ſi hec ars bñ moriendi paucos hꝫ diſcipulos
in ſchola ſua.cū ſciamus multos eē paſſionū ſecutores q̄ ſm
areſtotilē primo ethicoꝝ non ſūt ydonei auditores phie mo
ralis retrahētibus eos paſſionibus et nō ſūt dociles nec at
tenti de his que informant̄.Ideo ſicut beatus Auguſtinus
adhuc intentus ſuis puerſis erroribus ante baptiſmū.non
erat maturus ad diſcendum rectā fidem.vt ipſe de ſeipſo fa
tet̄ in libro .iij.ſuaꝝ cōfeſſionū. quod omnis labor et diſpu
tatio tunc cum eo fruſtrabatur qꝛ aquieſcere noluit his qui

matre ſua inſtigante cū eodem aggrediebantur certamē diſ putationis. Sic gratis labor et cura impendit his qui non ſūt dociles in hac arte bene moriendi ſenſualiter in eis et ma lo vſu dominium ſuper ratione vſurpante. Et ſicut rari ſunt qui vigilant in hac arte bene moriendi ſic et neceſſe eſt vt pau ci ſint qui in hac hora articuli mortis parati inueniantur ſed maior multitudo hominum hanc artem pauide expectāt et ſero incipiunt velle diſcere hanc artem bene moriendi cum iam conpelluntur de corpore trepidi et cum pauore exire. et tunc incipiunt recognoſcere quam vtile fuiſſet eis diſcipulos fuiſſe in ſchola bn̄ moriendi. pluſq̄ȝ in ſcholis iuriſtarū aut ar tiſtaꝝ que tunc proſunt eis. quo ad hanc artem ſaluberrimā.

¶De obiectione infirmitatū. Capitulū v.

Ed audire mihi videor aliquos iterum cōtra predic ta obiciētes. Si inquiunt ſunt tam ardua precepta bn̄ moriendi tūc fiet in hominibus acceleratio mortꝭ qui hac arte vtunt et tempus eis preſcindit vite humane et abbreuiat per hāc rigoroſam ſemitā viuendi quam ꝓpoſuiſti. Corpus eñ attenuatur. vires et ſpiritus vitales debilitant naturalia ſuffocantur. calor naturalis et humidum radicale extinguunt. ſicq̄ȝ tempus merēdi et penitendi ſm curſum na ture prediſpoſitum et multa bona que productiori tp̄e fieri poſſent amputant et ideo hoc eſſet deū temptare et ſibi ipſi mortē intentare. Ad hanc obiectionē poſſet ſapientis reſpō ſum adoptari. occaſionē inquit querit q̄ recedere vult ab ami co. Sed cōpetentius rn̄det diuina vox. O modice fidei qua re dubitaſti? In domino (inquit dauid qui ſuper ſenes intel lexit) ſperans nō infirmabor. Quis vnq̄ȝ ſperans in illū de relictus eſt. Si inq̄t potes credere. omnia poſſibilia ſūt credē ti. Si rex mortalis fidelem militē ſibi ſeruire volentem non derelinq̄t. putandū ne eſt ꝙ rex immortalis ad ſe cōfugientē ſub alis ſue pietatis refoueri deſiderantē derelinquet. Et hec magis diffidentia ad deum. ex puſillanimitate mentis aut ex fictione ſimulata procedit. Pigroꝝ eñ mos eſt imbelliumq̄ȝ talia formidare. ibiq̄ȝ timere vbi nō eſt timor neq̄ȝ timendū. Tollite inquit xp̄s iugum meū ſuper vos quod eſt ſuaue et onus meum qđ eſt leue. Venite ad me omnes q̄ laboratis et

oneratí eſtis et ego reficiam vos. Nõ eſt timendum deficere
cũ iſte tantus pollicet̃ reficere qui ſm Pauli ſententiã portat
omnia ꝟbo virtutis ſue et potens ẽ plus facere atqꝫ dare q̃z
nos poſcimus atqꝫ poſſumus intelligere eo dicente. Oĩa poſ
ſum in eo qui me cõfortat. Sed piger dicit leo eſt in via ac
tio talis eſt in periculo. cui queſo magis fides accomodãda
eſt an noſtre imbecillitati an veritati auxilium pollicẽti? An
forte preterita ſecula. iſtã artem bene moriendi ignorauerũt?
Relegant̃ inſtituta patꝝ et vita coꝝ. an eis per hanc artem
et eius ſemitã eius incedentibus abbreuiata fuerint vite tp̃a?
Hieronimus ſanctiſſimus q̃z ſanctiſſimam vitã in heremo
duxerit atqꝫ bethlehem. teſtat̃ eius vita ⁊ iohãnes andree vitã
eius ſummans. qui dicit eum centum annis minus duobus
vixiſſe. Anthonius heremitaꝝ ſecũdus centũ annis et quin
qꝫ vt eſtimo. Auguſtinus. lxxvij. annis. Bernardus ſemper ſe
cum pallidã ymaginem mortis pro abſtinentia et vite auſte
ritate circũferens moritur anno vite ſue. lxiij. Et ſic recenſen
do abſtinentiſſimos viros quoꝝ vita diuturna erat nõ cau
ſabantur de acceleratione mortis vt arſenius et macharius
et alij toti mundo celeberrimi ⁊ imitatõe digniſſimi. ſed in ſpe
diuina firmati viriliter hanc artem bene moriendi ſt̃ aggreſ
ſi. attendentes illud ſpiritus ſancti. Viriliter agite et confor
tetur cor veſtrum. omnes qui ſperatis in domino. Et ſi qui
ad medium adduci poſſent qui incohoantes hanc artam viam
et ſemitã et deuiaſſent in ꝓgreſſu ego incunctanter promiſſis
chriſti et eius diſcipuli innixus tãq̃z veriſſima ea pronunctian
do. dico omnes dificientes. in tali via ꝓprijs viribus cõfiſos
et non diuine gratie cooꝑationis ſpem habuiſſe. hoc me di
cere ſcõꝝ multoꝝ auctoritas compellit et multorum regum
geſta vt patet in libris regũ. paralipomenõ et ꝓphetis vbi ſe
pius dicitur. qꝛ habuiſti fiduciã in illum vel in illos et non in
dño deo tuo. ideo induxit deus ſuper te malũ illud vel illud.
Et ſpecialiter occurrit ad illud roborandũ dictũ. Auguſtini
de allipio amico et ſocio ſuo qui cuidam periculo ſub ꝓpria
confidentia. ſe expoſuit in quo firmiter putauit ſe victurum
ſed victus turpiter receſſit et grauiter deliquit vt habetur cõ
feſſionum eius libro. vi. de quo dicit. eo infirmior erat quo

de ſe preſumpſerat qui debuit de te deus qui eū docuiſti non
ſui ſed tui habere fiduciā. Talis erat Auguſti. qui rōne inſpi
rante ſꝫ imbecillitate carnis trepidante ſibiipſi talia dicebat.
Tu non poteris ꝙ iſti et iſti an in ſemetipſis poſſunt et non
in dn̄o deo ſuo. quid in te ſtas et nō ſtas. proice te in eū et exci
piet te et noli metuere qꝛ nō ſe ſubtrahet vt cades. ideo proice
te ſecurus in eū et ipſe te excipiet et ſanabit te libro confeſſio
nū eius. viij. ꝓpterea dato etiam ꝙ auſteritas vite amore xp̄i
mortē accelerarct certam. Quid autē hec miſera vita eſt niſi
mors incerta ſi ſubito obrepat qūo hinc ſꝫm auguſtinū exibi
mus? Nonne optabilius tuciuſqꝫ exiſteret breuiori vita et
ſanctiori hinc exire q̄ꝫ ꝓductiori et tepidiori hic viuere? Su
bitus eīm feruor longū vincit teporem ſꝫm Bernardum. Nō
hoc ſancti martires curauerūt vt productius viuerent ꝓpter
meritoꝝ cumulationē. ſed rupta ſpe vite pn̄tis celeriori fine
vitam mercati ſunt eternā. licet acerbiori morte. Sed quid
eſt aliud hic modus viuendi ſꝫm artē hanc. niſi quoddam ge
nus martirij? Scriptum eſt aūt. Juſtus ſi morte preoccupa
tus fuerit in refrigerio erit. Et poſt pauca Raptus ē ne ma
licia mutaret intellectum ipſius aut ne fictio deciperet animā
eius. cōſumatus in breui cōpleuit tp̄a multa qm̄ beneplacita
erat deo anima illius. Sapientie. iiij. Et quit ꝑdit iuſtus ꝑ
accelerationē mortis qn̄ tranſiturū ſe non dubitat de labore
ad requiem? attamen ego exceſſum vltra nature humane cō
ditionem nō ſuadeo ſed ſꝫm viriū poſſibilitatē in vnoquoqꝫ.
Cum ſꝫm ph̄m hoc vni ſit multū quod alteri parū et ecōuer
ſo. ſic etiā in cibis et alijs nature neceſſarijs. Nec hec ars ali
qua docere p̄t ſed vnctio ratio ⁊ experientia. Sed pauci re
periuntur ſꝫm Bernar. qui experiri volunt quātum pro deo
pn̄t. blandienteſqꝫ nobiſmetipſis videmur nobis ea nō poſſe
que ſi in vſu et habitu eſſent facilima ſentirent᷑ vt dicit᷑ ſed qꝛ
in vſu nō habemus idcirco apparēt nobis impoſſibilia. Ha
bitus eīm ſꝫm ph̄m nature cōparatur et oīa facilia facit qꝛ in
ducit delectationē et amorem que oīa lenificāt dicente Au
guſtino Omnia ſeua et immania prorſus facilia et ꝓpe nulla
facit amor. Quāqꝫ multa ſint in hac arte bene moriendi que
corpori et carni nullā de ſe parturiunt penalitatē niſi homo

per ſe in fantaſia et virtute eſtimatiua anxietatem ſibi paraue rit vt ſunt conſorciorum malorum euitatio. colloquioꝝ vanorum et nociuoꝝ declinatio et oculoꝝ refrenatio et a vanitatibus et erroribus curioſitatibus et inpudicitijs alienatio. lingue refrenatio . omnium ſenſuum interioꝝ et exteriorum cohibitio. ſolitudinis inhabitatio. lectionis orationis ⁊ meditationis frequens et moderata continuatio et precioſarum veſtiū et delicatoꝝ ciboꝝ et lectoꝝ mollium abiectio et omnium vilitatū in rebus et ſuppellectilibus amplexatio et alia plura que corpus in nullo moleſtare videntur . in quibus ſe homo vſitare debet qui vero nõ fecerit iam ſibiipſi teſtis eſt qꝛ arti huic bñ moriēdi ſe totaliter ſubducit ⁊ diſcipulus eius fieri recuſat nec aliquā vmbrā impoſſibilitatis pretendere hꝫ.

¶ Alia obiectio contra predicta. Capitulū vi.

Ed iterum videor mihi poſſe aliquos occulta cogitatione moueri atqꝫ mihi velle ſuggerere de predictis ⁊ dicere. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt pietas aūt ad omnia valet. Hec que ꝓpoſuiſti aſperitas et vilitas exercitium corꝑale reſpiciūt nec ad pietatem ꝑtinēt. Ad qđ ego apoſtolū paulū poſſem in iſtā reſponſionē retorquere vt ꝓ ſua doctrina tuenda ꝑ ſe reſpõderet que vtiqꝫ nõ niſi ſpiritu ſancto in eo loquēte et ꝑ eū tradita eſt ipſo dicēte. An experimentū eius queritis q̇ in me loquitur xp̄s? Et ego cū obiectionibus aures eidē preberē ad intelligēdū. ſꝫ ait petrus apoſtolus de ſcriptꝭ eiuſdē. ij. petri. iiij. In ſcriptis inquit pauli ſtꝫ quedā difficilia intellectui que indocti et inſtabiles deprauant ſicut et ceteras ſcripturas. Ecce hec a doctrinis tuis o paule ſumpta occaſio erroris: et ſi ex pauli. nõ mirum ſi etiam ex mea. Reſponde tu igitur o paule pro me et pro te. ſed ſi voce viua non facis facta tamē tua et verba pro te et pro me clare reſpondebūt. Reuera eñ ſalubrem et ſolidam doctrinā ꝓpinaſti in ꝟbo obiecto. Et ego cõfido me bene priora poſuiſſe. ſi ſanos et attentos habeant auditores. Primo quidem quia nõ aliter docuiſti quā vixiſti. et tu corporaliter afflictione multiplici te afflixiſti vt clar et in tuis exemplis et epiſtolis in fame et ſiti nuditate frigore in ieiunijs multis et vigilijs in caſtitate in plagis in carceribus in



Львів. Бібліотека
АН. УРСР
14.113

moꝛtibus frequenter. Caſtigo inquis coꝛpus meū et in ſer uitutem redigo. et libenter gloꝛiatus fuiſti in infirmitatibus et tribulationibus. Quō ergo verum eſt quod hic dixiſti coꝛ poꝛalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. cum tu gloꝛioſe in ea triumphaſti? Bonū inquis certamen certaui curſum cō ſumaui fidem ſeruaui. Reſpondebo ego pro te. Conſidero eñ cui ſcripſiſti hanc doctrinam vtiq̄ʒ tuo coepiſcopo cōmi liton et dilecto filio tuo thimotheo. cuius ſanitas coꝛpoꝛis et vita et doctrina multum neceſſaria fuit eccleſie. Neminē eñ tam vnanimen ſicut ipſum te teſte habuiſti pꝛo tunc ipſe q̄ʒ graues coꝛpoꝛis et ſtomachi moleſtias paciebatur. q̄ ip ſum a cōmuni laboꝛe retrahebant et ſauciebant ne officium ſibi cōmiſſum exequi poſſet vt tu ipſe fateris dicens ei. Noli adhuc aquā bibere ſʒ vino modico vtere ꝓpter ſtomachum et frequentes tuas infirmitates. i. ad Thimo. v. Et beatus Bernardus idem ſentit. Da mihi inquit talē thimotheum et ego eū cibabo auro et potabo balſamo. Opoꝛtet igitur eū a ſua abſtinentia vltra vires retrahere ꝓpter cōmune bo nū fideliū. Uidebat etiā eū ab ipſa inpugnatione carnali eſſe mundatū. ꝓpter quā hec coꝛpoꝛis caſtigatio aſſumi ſolet. In firmis eñ mentibus vt nos fatemur non ad modicum vtilis eſt ſʒ ad multum ſicut pꝛincipia ſciaꝝ que ſunt quātitate ſʒ magna virtute cum in ipſoꝝ ſoliditate oēs concluſiones cō tineant. Sic etiam hec aſperitas vite cōſeruat oēs virtutes et mentē humanā reſolui nō ſinit a ſua ſoliditate. Nec ipſam pietatem excludit ſed includit. conſeruat et in finem bonum ꝑducit ſi ab homine bona intentione aſſumatur. Nā omnē puritatem introducit et vetuſtatem tanq̄ʒ rubiginem a mente purgat. Ponit eñ fundamēta vere innocētie et carnis putre factionem tollit. ſicut ſale ſparſa caro putreſcere neſcit. Ape rit viam ad introductionē cuiuſlibet virtutis. Errat eñ qui aliam viam inueſtigare velit ad vite perfectionem. Non eñ pꝛius quod ſpirituale. ſed quod animale deinde qđ ſpiritua le. Unde pꝛeteritoꝛum criminum penitentiam ſeminat et fu turoꝝ radices extirpat. Oppoſitū vero eius ſcilicet carnis in delicijs reſolutio et crimina ſeminat. vt pullulent in futu rum et penitentiam ſuffocat pꝛeteritoꝝ.

¶De meditatione futuroꝝ pauendoꝝ. Capitulum viij.

Aliud quod artem bene moriendi accedit eſt vinaꝫ continua et ymaginaria impreſſio terribilium futurorum vt ſi homo frequenter meditatur per quottidianam ſcripturā ſedulam meditationē cōtinuam locutionē et ruminationem. ea que certiſſime ex ſcripturis cognoſcit ſibi imminere vt pauidam mortem penaliſſimā. anime et corporis reſolutionem terribilē et omni horrore tremendū demonum aſpectū. tribunal iudicis inflexibilis. cui oportet preſentari. ſereniſſimā et immutabilē ſententiā equiſſimi iudicis et penam ineſtimabilem et interminabilem ignis eterni. Terribilis inquit Paulus expectatio iudicij et ignis emulatio que conſumptura eſt aduerſarios dei. horrendū itaqꝫ eſt incidere in manus dei viuentis. Ad hebreos. x. Et petrus Adueniet dies domini ſicut fur in nocte in quo celi magno impetu trāſibunt. elementa vero calore ſoluentur. terra autem et ea que in ea ſunt omnia exurentur. Cum autem hec omnia ita ſunt diſſoluēda. quales oportet nos tunc eſſe in ſanctis cōuerſationibus expectātes et ꝓperātes in aduentū dei. ꝑ quem celi ardentes ſoluenť et elementa ignis ardore tabeſcent. ij. Petri. iij. Hec et his ſimilia in medullis cordis ſepe decocta hominem in timore cōtinuo conſtituunt. omnem ſecuritatem propellentes ipm promptificant et omnē deſidiam ab ipſo alienant vt in opere dei indefeſſe inſudat. Hanc viam arſenius machariꝰ. anthonius. et ceteri perfecti docuerunt. Auguſtinus etiam libro. viij. cōfeſſionum. ſibi ab ineunte etate dicit metum mortis ſue ⁊ diuinum iudicium eſſe impreſſum Iheronimus etiam dicit ſiue vigilio ſiue dormio aut aliud quid ago. ſemper hec vox ſonat in auribus meis. Surgite mortui et venite ad iudicium. Impreſſio eñ terribilium ſpecierum in fantaſia aut ymaginatiua virtute in totū corpus et in quelibet membra ſe diffundit vt ſcimus ex ſecundo rethoricoꝝ. Ideo dicit ibidem philoſophus. timor conſiliatiuos facit. Expedit igitur hominem ſemper ſtare in timore. omnem ſecuritatem repellendo. qui timor ſtimulat ad terribilia vitanda et cauti docet ambulare in via dei. Necqꝫ tamen ſic demergendus eſt animus in profunditate terribilium futuroꝝ vel

te velle cõfiteri. Secundum remediũ cõtra conſcientie accu
ſationem eſt ꝙ homo illa hora totum ſe ad dominicã paſſio
nem in cõfidentia magna cõferat. vulneribus xpi et morti ſue
ſe totũ cõmittens nihil de ſuis tanꝗ condignis cõſiderans
ꝓprijs meritis. cum omnes iuſticie noſtre ſint tanꝗ pannus
menſtruate in oculis dei. hortatur ad hoc ipſe ſpõſus in cãti
cis. Ueni inquit colũba mea in foraminibus petre. id eſt in
vulneribus xpi tutiſſimũ remediũ in eis reperies. ſicut olim
filij iſrael ſanguinẽ agni paſcalis ſuper vtrũq; poſtem aſper-
gebant et angelus primogenita egiptioꝝ percutiens videns
ſanguinẽ agni illos illeſos cõſeruauit. Nam hec tanta in chriſ
ti paſſione fiducia vtiliſſimum preſtat remedium. nam fide
purificantur corda et abraham nõ ex operibus ſed ex fide iuſ
tificatus eſt et ideo talis ſuoꝝ inopiã meritoꝝ conſiderans
ex profundo cordis dolore debet cum lacrimis dicere. Scio
equiſſime iudex me in nullo tibi poſſe ex equo reſpondere. ⁊
ſi iudicatus fuero ex meis meritis. iuſtiſſime ſcio ſententiam
contra me conferendam. ſed ego offero pro meis culpis illũ
tuum ſanctiſſimum ſanguinem quem in cruce ſimul et in paſ
ſione tua pro toto mundo effudiſti. et certiſſime credo quod
eum qui pro meis criminibus abluendis. per me in tui memo
riã nunc oblatus eſt dignanter recipies. ſufficienſq; ſit ad pla
candum iram tuam quam ego iuſtiſſime promerui. ipſum igi
tur dignare recipere ex tua inexplicabili pietate quã miſeri
cordie ſanguinem minime effudiſſes ſi nos peccatis caruiſſe
mus. Et talibus et ſimilibus affectionibus deo ſe cõmen-
dans et cõfidens in eum. nullam cõſcientie trepidationẽ for
midabit. Solet eñ malignus ille ſpiritus immittere tam vt
dictũ eſt peccatoꝝ memoriam ꝙ̃ ꝓprie ſanctitatis cõfidentiã
ꝓpter quã tanꝗ ex ſuis meritis ſperare debeat et poſſit mer
cedis cõdignam retributionem ſic in ſupbiam eleuando cor
hominis. vt olim illius phariſei euangelici qui gloriabat̃ de
ſuis meritis et repulſus fuit a grã. a qua publicanus humilis
ſuoꝝ pctõꝝ cõſcius iuſtificatus receſſit etiam ſine operibus
iuſticiã reportãs. Quod genus temptandi ſummope debent

vitare perſone religioſe que per talia ſolent in ſuperbiam eri
gi de ſe cōfidentes quorum figuram gerit ille phariſeus. licet
forte pre ceteris ſecularibus ſpeciali quodam viuendi modo
ſuo cōſueuerunt famulari creatori et ex his quandam cōfiden
tiam vltra alios poſſunt ſumere quia vtiqꝫ dona dei non de
bent ignorare. iuxta illud Pauli. vt ſciamus que a deo dona
ta ſunt nobis. Et alibi Nos natura iudei et non ex gentibus
peccatores. ſed tamen de donis dei eleuari euacuatio eſt om
nium meritoꝝ et ſi alias magna eſſent. tamen ex eleuatione
fiunt nulla. Et melius eſt meritis carere quam de meritis in
ſoleſcere. cum omnia noſtra merita non ſint aliud niſi ipſius
dei dona. Quid eñ (ait apoſtolus) habes quod non accepiſ
ti? Si aūt accepiſti. quare gloriaris quaſi non acceperis. Et
inſcrutabilia ſunt diuina iudicia et inueſtigabiles vie eius.
cum neſciat homo ſi odio vel amore dignus ſit. Et ſm Au
guſtinum. Noſtra ſcientia dei ſcientie cōparata ignorantia
eſt. Non tamen diffiteor in humilitatis confidentia maiorē
ſpem poſſe adeſſe vero chriſti cultori. quam alteri qui in plu
ribus vixit peccatis. Sed quod ex debito ſue iuſticie aliquid
abſqꝫ gratia meruiſſet hoc omnino abſcindendum eſt a corde.
ymmo quantūcunqꝫ magna videantur merita alicuius niſi
debita miſericordia interueniat nullā ſpem remunerationis
ſibi prefigat. Et ad hoc ponendum inducor ex diffinitione
ſpei que eſt expectatio future beatitudinis ex gratia et ꝓprijs
meritis procedens. quoꝝ tamen meritoꝝ gratia ponit fun
damentum.

## De preſentia malignoꝝ ſpirituū. Capitulum xviij.

Ercium eſt quod occurrit homini morituro. pauen
da preſentia malorum ſpirituum. qui q̄ntum in eis eſt
cuilibet morituro credendi ſunt aſſiſtere. ex deſiderio
ſecum in foueam dampnationis trahenti. Inuidia enim dia
boli mors intrauit orbem terrarum que inuidia quāto mun
dus ad fine apropinquat tanto amplius in dyabolo eſt. cre
denda augeri. Aſſiſtentiā hanc demonum mihi perſuaderi
videor ex xp̄i temptatione ꝑ duas vices. ſemel in anno .30.
mox poſt baptiſmum. Mathei. iiij. et ſemel in morte ex illo
verbo Johannis. xiiij. venit eñ princeps mundi huius et in

me nō habet quicq̄. Ubi ſm gregoriū credendū ſane eſt etiā
dyabolum xp̄o ꝛ fini ſuo inſidiatū fuiſſe. Et ſi iſti non peper
cit. quid eſt eſtimandū nobis. in quibus vtiq̄ vt timetur mul
ta poteſt accuſanda inuenire? In alijs quoq̄ celeberrimis
ſanctis vt martino legitur preſentia eius non defuiſſe. ipſo
eum inſpiciente ante eius felicem de corpore migrationē cui
dicebat alloquens eum. Quid hic aſtas cruenta beſtia nil in
me funeſte reperis. ſ3 abrahe me ſinus recipiet. Non tamē dif
fidendū eſt quin precibus ſanctoꝝ quibus hic quiſq̄ famula
batur et chriſti protectione. ne infirma membra nimis terre
re poſſit aut deſperare facere infirmum. ſepius ipſum a mori
turis fidelibus ꝓhiberi. Quid autem pretendit ille malignus
niſi decipere terrere et in laqueū deſperationis ꝛ damnatio
nis inducere et mox animā egredientē ad cōſortium ſuū pu
niendā recipere? Nec etiam negandū video quin bonus an
gelus cui homo ab infuſione anime ad cuſtodiā deputatus
eſt. ſm Iheronimū etiam aſſiſtat nec hominē derelinquat in
terim q̄ in via eſt. Dicere autē q̄ dominus ſaluator quaſi in
cruce pendēs eidem morituro viſibiliter appareat vt quidam
putāt ſaltē de cōmuni lege nō audio nec affirmare preſumo
cū fundamento me dicendi carere video nec auctoritate ratio
ne aut exemplo probare valeo. Qui autem hoc dicere non
verentur videāt vnde ꝓbauerint. ne raritate doctoꝝ falſa pro
veris pronunctiēt cū nec vtilitas cōmunis eccleſie nec priua
ta morituro hoc dicere ꝑſuadent. Et etiam dicitur q̄ moriturus
mox poſt reſolutionē anime a corpe tribunali chriſti ſit pñtan
dus. aſſerentes aūt forte illud in cōſolationē fideliū putāt fie
ri aut in terrorē puerſoꝝ vt illi de merito paſſionis chriſti cō
fidant. et iſti ſe iuſte dampnandos cognoſcant. q2 tali benefi
cio ac tanto ſe reddiderūt indignos. non tāto video has cau
ſas eſſe cogētes illud fieri debere. certū tñ eſt malignos ſpiri
tus morituro multiplices temptatōes moliri precipue infide
litas de fidei articulis. Nimirum ille mille artifex. ſecurim co
natur ponere ad radicem. ſcientes fide violata alia omnia
bona opa et meritoria nihil ꝓdeſſe cum ſine fide impoſſibile
ſit poſſe placere deo. Sin ꝟo in hoc triumphare non poteſt
ad alia arma cōſurgit. ad memoriā reducit multitudinē pre

teritoꝝ peccatorū̃ . cōmemorans nec ex ominibus operibus
virtuoſis quicꝙ̃ mercedis a deo ſperare poſſe . et tanꝙ̃ in
dignum et inutilem ad foueā deſperationis precipitare cona
tur. Sic legimus in vita ſancti bernardi quodā tpe grauitur
egrotanti apparuit ſathanas omnia eius merita annullās et
nihil ſpei ſibi ex his cōpetere perſuaſit. ſed btūs bernardus
ad paſſionis chriſti merita mox cōfugit illa pro ſe vendicans
et ſua deputans tanꝙ̃ pro ſe facta ſtatim malignus ille diſpa
ruit. Quantas aūt temptationes illa vltima hora homini in
gerat quamꝙ̃ importunas et graues qui ſcire deſiderat le
gat libellum de morte ſancti. Jheronimi et de tribus reſuſci
tatis et narrationibus eorundē. quam tractatū cirillus beato
auguſtino ſcripſit de morte bti Jheronimi diſcipuli euſebij
nomine et ex illis me veꝝ dicere cōprobabit. ¶ Legitur enī
qūo venerabilis euſebius iam de ſuo exitu et tempore et glo
ria ꝑcipienda certificatus a ſancto Jheronimo per duas ho
ras an̄ egreſſum anime a corpore terribiles et cunctꝫ mortali
bus formidabiles actus ceperit habere. ſic ꝙ circūſtantes mo
nachi velud amentes ad terram ceciderūt. Nam tranſuerſis
oculis. manibus lamentabiliter iunctis terribili voce quaſi
ſeuiens cepit clamare. Non faciā non faciam. Mentiris mē
tiris. poſt hoc ad terrā rediens faciem abſcondebat quātum
poterat clamabat. adiuuate fratres ne pereā. Quod fratres vi
dētes lacrimabant et flebant et eum trementes interrogare
ceperūt dicentes. Quid habes pater? ad quos ille ait: Non
videtis demonū agmina que me debellare cupiūt. Et illi. quid
te factuꝝ volebāt qn̄ dicebas. nō faciam? Rn̄dit Conabant
nāꝙ̃ vt diuini nominis blaſphemus inueniar Et illi Quare
faciē abſcōdebas in terrā? at ille. ne eoꝝ aſpectū cernerem quia
tā turpis et horribilis eſt ꝙ omnes pene quē in mūdo ſūt reſ
pectu huius nihil ſunt. Inter hec ꝟba actus priores reiterās
vſꝙ̃ ad extremā horā ſic deuenit. Et de tribus mortuis per
merita bti Jheronimi ſuſcitatis adhuc terribiliora leguntur
ꝑut in eodem libello cōtinentur que tn̄ cauſa breuitatꝫ hic di
mitto. Ecce facies horrenda demonū. ſuggeſtio eoꝝ ad in
firmitatem et blaſphemiā et de temptationibus eoꝝ. hec et
his ſimilia ac maiora legimus de quodam Stephano nomi



Euſebius

ne ſolitario ſancto viro. cui apparentes demones etiam con
feſſa peccata obiciebant et mendoſa et falſa atq; occultiſſima
et minutiſſima. Multa eñ talia narrat beatus Gregorius
in omelijs ſuis. et precipue in omelia de decem virginibus de
quodã nomine criſarius qui eos viſibiliter cernebat ante et
retro ad caput et ad pedes lectuli ſui in quo decubuit. Uol
uebaturq; terribiliter hinc inde aſpectus eorum ferre nõ va
lens vſq; ad miſere anime egreſſum. Super hoc tam terri
fico periculo videndum eſt de remedijs. ſi qua ipſi morituro
poſſint haberi. Et quidem in poteſtate hominis non eſt vt
appareant maligni ſpiritus aut non. ſed in diuina permiſſio
ne aut diſpenſatione. Primo ãt videtur morituris prodeſſe
oratio ꝓpria et aliorum circumſtantium expreſſe emiſſa. Per
orationem eñ hoc genus demonioꝝ eicitur. xp̄o teſte. Nã
expreſſa et alta oratio terret demones per virtutem verboꝝ.
in cuius figura Thobias iunior ꝑtem iecoris piſcis ſuꝑ car
bones ponens eiecit demonium a zara vxore ſua. Thobie
vi. Ideo mos dignus laude in clauſtris hactenus eſt obſer
uatus vt in articulo mortis alicuius. omnes monachi ſine
mora cõcurrunt ſymbolũ fidei ſinguli dicentes et paſſiones
chriſti ſm̄ quatuor euangeliſtas aperte leguntur. morituro
audiente. Etiam ſigna paſſionis chriſti per crucis inpreſſio
nem et ymaginis xp̄i crucifixi preſentiam et eius deoſculatio
nem et pectoris ſuꝑ impoſitionem vna cum aque benedicte
aſperſione multum credenda ſunt terribilia demonibus tãq;
vexilla imperialia creatoris que hoſtes ſolent terrere. q; ſi ꝑ
angelos malos immiſſa fuerit quedam dubietas in articulis
fidei aut diffidentia de deo nõ eſt egroto tunc hora diſputan
di aut diſceptandi de fidei veritate. ſed tanq; principium ꝑ
ſe notum nulla indigens probatione inſerendum eſt etiã ar
ticulos fidei incõcuſſa veritate eſſe fundatos nec ambigen
dum ab omni falſitate eſſe alienam fidem catholicam quam
tantoꝝ temporum retroacta ſecula firmauerunt et tanta la
titudine totius eccleſie fundauit auctoritas. totq; miracula
chriſti et ſanctoꝝ et tam in vita ipſoꝝ q̃ꝫ poſt mortem vſq; in
hodiernum diem probauerũt Sanguis inſuꝑ xp̄i et ſancto
rum effuſus pro ſtabilitate fidei oẽm tollit de medio nodum

ambiguitatis. Ingenia inſup clariſſima omnium catholico
rum doctorū inquiſitione diligentiſſima prehabita nihil in
uenire potuerunt quod claritatem fidei potuit obſcurare et
neqꝫ garrula lingua hereticoꝝ neqꝫ cruentus gladius tyran
norum que ſemp contra fidei veritatem inueniuntur latraſſe.
aliquid efficere potuerunt in fidei diminutionē. ſed ab abel
primo martire vſqꝫ ad finem mundi. ſemper eadem fides in
cordibus fideliū inuicta perſeuerabit Auctoritas ſacre ſcrip
ture longe lateqꝫ diffuſa atqꝫ in cordibus fidelium reſperſa
inanis non potuit eſſe a veritate. Sicqꝫ talibus et huiuſmo
di fidei generalibus principijs captiuandus eſt intellectus e
groti et cuiuſlibet fidelis. ad fidei ſolide roborationem. neqꝫ
eñ noſtra ingenia obſcuritatibus multꝭ reſperſa equari poſ
ſunt claritati ingeniorum precedentium doctoꝝ. quoꝝ vita
et doctrina. ſicut claritas ſolis claritatem ſtellaꝝ precellit om
nem modernoꝝ temporum intelligentiam hominū. ¶ Secu
rum eſt ergo horum inherere veſtigijs qui clarioribus fulcie
bantur ingenijs atqꝫ morū ſanctitate. Et ſi forte moriturus
et morti appropinquans timeret ſe poſſe obrui temptationi
bus per importunitatem demoniorum aut ſuaꝝ cogitatio
num. non diſſuadendū videretur ꝙ teſtibus vocatis aut pu
blico notario et fide dignis perſonis. fidem ſuam publice
profiteretur et iuberet ſcriptis annotari proteſtans ſe ab ea
nunqꝫ velle recedere. et ſi quod abſit p ebetudinem rationis
aut turbulentiam aut impetuoſitatem temptationis mutari
contingeret. in priori velle ſtare proteſtatione et poſtremam
mutationē haberi velit pro non facto. et eandem pro re nota
ta habere. ex tūc firmiter intendit prout in proteſtationibus
actuū theologicorum in ſcolis theologie cōſuetum eſt fieri.
ſicut etiam aliquos inſignes viros audio feciſſe. Non eſt eñ
dubium exteriora facta multum conferre interioribus. et cō
fidere moriturū in notabili petitione et oratione pſalmodia
ca. vt viuus in melodiarum ſonis reſonantibus ſm Auguſ
tinum in li. cōfeſſionum ſuaꝝ clare deſcripſit. Scripturam
vero talem et proteſtationem ſemp pre oculis habere debet
vt per hanc omniū errorum riuulos cōculcare poſſit. preſer
tim quia deliberatione et non impedita ratione eam firmauit

nulla firmiore tũc occurrente. Necꝫ formidandũ eſt malignũ ſpiritũ vim aliquã poſſe inferre alicui qui etiã nec in porcis violentiam potuit facere niſi licentia a deo accepta ſm veri tatem euãgelij Luce. viij. nec azinas et pecora ſancti Job tan gere preſumebat niſi ex dei permiſſione. Unde niſi hõ ſpon taneus cõſentiat ſue ſuaſioni confuſum eum recedere. oporte bit. maxime deo ſuã rationalem creaturam pro qua nondum ſibi recõciliata mori dignatus eſt protegente. ipſo per ꝓphe tam Jſayam dicentẽ. Nũquid obliuiſci poteſt mulier infan tem ſuũ vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fue rit ego tamen nõ obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis ſcrip ſi te Jſaye. xlix. Jdeo a nemine deſperandum eſt de protectio ne dei in quacũqꝫ laborauerit moleſtia aut temptatione. Ne qꝫ etiã multitudo criminũ etiam quod abſit non cõfeſſorum hominẽ debet ad deſperationem inducere quia maior eſt dei pietas q̃ꝫ omnis noſtra iniquitas. Et interim ꝙ homo via tor eſt de via deſperare non debet. cum etiã per ſolã cõtritio nẽ cordis ſoli deo notam hõ veniam ſperare poteſt. Dauid dicente. Cor cõtritum et humiliatũ deus non deſpicies que cõtritio ipſi homini poteſt miſericorditer donari ipſo homi ne deſiderante et petente a deo.

¶ De octo per xp̃m in paſſione ſua factis et per nos imitan dis in morte noſtra. ¶ Capitulum xix.

Omni ergo morituro expedire videtur ꝙ ſemitas xp̃i morituri imitetur qui qñ paciebatur et anteq̃ꝫ morie batur octo feciſſe legit̃. nobis ſtudioſe cõſideranda.

¶ Primo deuotiſſime in orto trãs torrentẽ cedron ſecluſus a diſcipulis patrem orauit. Pater inquit ſi poſſibile eſt tranſ fer calicem hunc a me verumtamen non ſicut ego volo ſed ſi cut tu. Sic eger ꝑ corporis moleſtiam grauatus orans ad deũ premittat vt aut infirmitatem tollat aut pacientiam dõ net. cõformans per omnia ſuã voluntatem diuine voluntati.

¶ Secundũ quod xp̃us egit eſt ꝙ ſudauit in eodẽ orto. Et factus eſt (inquit lucas) ſudor eius ſicut gutte ſanguinis de currentis in terrã. Jn quo xp̃s vtiliſſimã cõſiderationẽ omni bus membris ſuis infirmioribus tribuit. Si enĩ dominus vite et mortis inſtante ſua paſſione triſtis fuit et expauit et

ſanguineū ſudorē emiſit pre anxietate imminentis paſſionis nō mirum debet videri ſtipule arenti id eſt homini infirmo qui eſt ſicut folium quod a vento rapitur ſi inſtante ſua morte aut graui infirmitate pauor mortis ipſum inuadit et triſticiam incutit. Et ideo homo ex hoc non debet deſperare quaſi ad deum pertineat ſi accedente morte letari non poteſt. cum et dominus ſuus ſic triſtis fuit ꝛ non minus meruit. Nā ſecundum gloſam ſuper predicto verbo luce appropinquāte morte chriſtus certamen mortis noſtre in ſe expreſſit. ideo nos merito vim terroris patimur morituri qui poſt paululū ſumus venturi vbi ineternum ſumus manſuri mutariq̨ non poſſumus. quam triſticiam et pauorem niſi chriſtus in ſe premiſiſſet. infirma chriſti membra de ſua ſalute deſperarent. putantes ſe in hac anxietate ſine penitentia eſſe ꝑpter nimietatē doloris. ¶ Tercium quod chriſtus egit in ſua paſſione eſt q̄d viriliter ad paſſionē ꝓperauit eā fortiter et equanimiter tollerando et ideo nos ꝑpter vehementiā doloris aut terrorē mortis imminētis nō retrocedere debemus a ſpe noſtra ſed cōſtanter in deū fiduciā habentes ꝓperare ad oīa que deus ſup nos permittit fieri. Pater em̄ noſter eſt et nihil ſinit filio ſuo euenire niſi quod cedat ei ad vtilitatē. ꝑ hec etiā purgans reliquias peccatorum vt tanq̨ mundam margaritam animam ad celeſte iheruſalem introducat. Et tanto amplius hilarior homo in conſcientia debet perſiſtere quanto durioribus flagellis pater eum hic caſtigat paſſionē ſuam prorogando ſciens quod diligentibus deū omnia cooperantur in bonū. Dicens filiali voce illud auguſtini. Hic vre hic ſeca vt poſtmodū in eternum parcas. Adhortante etiā nos ad hoc beato Iheronimo Eo inquit tempore quo deficit anima noſtra et corporum compago diuellitur non ad aliud debemus cogitationem ducere. niſi ad deum qui et in corpore et extra corpus noſter eſt dominus et deus. ¶ Quarto hoc egit chriſtus in ſua paſſione quod omnibus tortoribus et crucifixoribus iniuriam omnem dimiſit pro eis quoq̨ orauit in cruce dicēs Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Hoc etiam chriſtus omnibus in ſaluberrimum remedium reliquit qui morituri ſunt. vt et ipſi omnibus debita dimittant et tunc

ipſis etiā debita ſua a deo dimittuntur. chriſto dicente. Di
mitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitori
bus noſtris. Et alibi dimittite et dimittet᷑ vobis. Debet inſu
ꝑ et moriturus recōciliari et petere publice veniā ſi quem ꝟbo
vel facto offenderit. Hoc eñ et chriſti doctrina tradit. Si in
quit offers munus tuum ante altare et recordatus fueris ꝙ
frater tuus habet aliquid aduerſum te relinque ibi munus tu
um et vade prius reconciliari fratri tuo. Per illa duo caritas
reformatur ſi leſa fuerit. ſine qua nulli patet via ſalutis. Sic
et creditoribus debet ſatiſfacere et . reſtituere iniuſte ablata
aut quecumqꝫ non ſunt ſui iuris aut petere debent relaxatio
nem. ſi nō eſt modo prouiſus de ſoluendis. ¶ Quinto Chriſ
tus in cruce ploratus emiſit. vt habetur ad hebreos .v. Fle
uit autem in dampnationem populi yſrahelitici et abiectio
nem eiuſdem et mortis ſue in multis fruſtrationem et penā
peccatoribus infligendam. Sic et moriturus ex corde ſi nō
ex oculis fontem lacrimarum debet emittere deflendo vltimo
dolore pij patris offenſam quam ſepe contraxit per peccata
et ſuam ingratitudinem de multis benefitijs a deo receptis
et quod chriſti morti in vita ſe non conformauit. ſe tanto bene
ficio reddēs indignū. Per hāc vltimam contritionem. in qua
vſqꝫ ad egreſſū anime debet ꝑſeuerare. credendū eſt morienti
multas penas quas in purgatorio eſſet paſſurus dimitti et
ſi quam etiam culpam reſiduam habere oblitam. ¶ Sexto
chriſtus fortiter clamauit Ad hebreos. x. et cum clamore va
lido preces et ſupplicationes offerebat. Et hoc non niſi mo
rituris in exemplum fecit vt quanto finis appropinquat tan
to ardentius ad deum anhelare ſtudeant. ſicut ad patrem
pijſſimum et patriam a qua tanto tempore exilij ſui paſſus
eſt detrimenta. ¶ Septimo chriſtus in cruce moriturus ani
mam ſuam patri commendauit dicens. Pater in manus tu
as commendo ſpiritum meum. Sic ergo moriturus omni
humana ſpe derelicta et amore ꝓpinquorum ſiue parentum.
natorum et omniū amicorum funditus excluſo. ſoli deo ani
mam ſuam a ſe recipiendam ſtudeat fiducialiter committere
vt eam egredientem recipere dignetur quam ſolus ipſe deus
creando infudit et infundendo creauit et hoc ſub nomine pa

tris pijſſimi non iuſti iudicis ſm merita iudicantis. Quare
orauit dauid dicens Non intres in iudicium cum ſeruo tuo
domine. Neqꝫ eīm alteri cōmendenda eſt cum ipſe deus iure
creationis et redemtionis atqꝫ dominij merito eam poſſide
re debeat. ¶ Octauo chriſtus in cruce emiſit ſpiritum ſcilicet
voluntarie mortem ſubiens. Sic etiam quiſqꝫ moriturus ab
hoc ſeculo migrans animam ſuam deo committens. feliciter
et voluntarie quomodo et quando benigniſſimus pater volu
erit ſue voluntati obediens debet exſpirare per promptam
obedientiam morti ſe offerens. ſicut dominus ſuus chriſtus
factus eſt obediēs patri vſqꝫ ad mortem vitam ſuam finiens
in obedientia. Ecce iſte eſt ordo verus procedēdi et egrediē
di ab hac vita cuiuſlibet chriſtiani feliciter vitam terminare
volentis. Sed forte talis modus ſperari ſolū poteſt ab his
qui de lege cōmuni toto vite ſue tempore ſtudent ſe ad mor
tem preparare per vite innocentiā et per mundi contemptū
ac per amorem celeſtis conuerſationis. quoꝝ ſicut paucus eſt
numerus. timendum eſt quod pauci hinc exeant bene diſpo
ſiti ad mortem quia prochdolor futura non preuident et quā
ta anxietas eis in mortis articulo reſeruata ſit non timent et
quid poſt mortem eis reſtet non attendunt. Unde in libro
Johannis abbatis montis ſynai legitur de quodam ſolita
rio negligenter viuente in ſolitudine qui ad extrema perduc-
tus eſt atqꝫ mortuus. qui ex diuina voluntate ad commoni
tionem viuorum priſtine vite reſtitutus eſt et apertis oculis
omnes circumſtantes iubet retrocedere et hoſtium taliter re
cluſit et per duodecim annos ſine humano ſolatio et col-
loquio intus manens pane et aqua ſuſtendabatur ſedens et
ſtupens ſuper his que viderat. lacrimas inceſſanter fundebat
Quibus annis finitis cum iam migraturus eſſet fratres ad
ipſum accedentes multa ab ipſo perquirebant et ille nihil ali
ud dixit. niſi. Indulgere mihi quia nemo memoriam mortis
habens poteſt aliquando peccare. quo dicto exſpirauit et ſe
pultus eſt et poſtea nulla eius oſſa in ſepulchro poterant re
reperi. Ecce mortis acerbitas et penarum poſt mortem cru
delitas. O vtinā omnibus mortalibus ſemper ineſſet talis
conſideratio. proculdubio vitā in melius mutarent. quia non

eſt pena ſuper penam mortis.

# De preſentatione ante tribunal. ¶ Capitulum xx.

Uartum et vltimū inter tremenda morituris occurrentia conſequitur mox egreſſum anime de corpore. Ue enim vnum abijt et eidem aliud adhuc ſtatim reſtat. ſcilicet terribiliſſima preſentatio ante tribunal illud. quod etiam extitit omnibus ſanctis tremendū. Ubi fiet diſcuſſio accuſatio et reuocatio omnium peccatorum preteritorum cogitationis locutionis et operationis vſque ad minimū quadrantem et ibidem audietur irreuocabilis equiſſimi iudicis ſententia prolata ſine ſpe venie ſine ſuccurſu cuiuſcūque. ſupplicationis aut interceſſionis quorumcūque ſanctorum. cum ibi vnuſquiſque ſecundum apoſtolū accepturus eſt prout geſſit in corpore ſiue bonum ſiue malum. Opera inquit illorum ſequuntur illos Apocalipſis. xiiij. O quid tunc reſpondebitur? Tūc enim plus valebit conſcientia bona quam aſtuta verba ibi obmuteſcet omnis lingua cōſcientia accuſante aut defendente. operibus teſtificantibus notiſſime de qualitate vite preterite. maxime iudice infallibili omnia ſciente. Ibi corda omnium ſapientium potentum nobilium. pallida facie palpitabunt cōtremiſcentque ad inſtar folij quod a vento rapitur. Ubi non erunt in memoria omnes diuicie honores et dignitates. vel prelature neque carnis voluptas. ſed que prius videbantur ſolacij et gaudij. tunc erunt augmenta tormentorum. O ve tunc peccatoribus. nam mors que talibus nunc eſt odioſa auditu tunc pro ſolatio maximo deſiderabitur. tunc non datur mori ſed reſeruatur penalitate et adiungitur conſortio demoniorum. Tunc deridebunt peccatorem omnes ſancti. ymmo omnis qui in celis habitat irridebit eos et dominus ſubſanabit eos. Tunc gaudebunt demones ſuper interitu peccatoris et qui hic erant inſtigatores ad culpam. ibi erunt accuſatores atque teſtes et tortores in pena. Tunc apparebit quid hic profuerunt deuotis aſperitas et vilitas ceteraque de quibus pretactum eſt. que modo multum dura et horrenda

videntur. tunc erunt omni deſiderio amplectenda. Tunc eni͂ quilibet deſideraret ante tribunal preſentandus quod in ſuo corpore omniu͂ martirum tormenta ſuſtinuiſſet. Sed quia hoc hodie abſconditum eſt ab oculis multorum. ideo dicunt durus eſt hic ſermo quis poterit audire illum? Sed vt ait bernardus Nil tam duru͂ quod duriori non decedat. et qui dedignatur hic audire dura illic viſurus et auditurus eſt duriora. De quibus ſcriptura infallibilis copioſe teſtatur. Areſcentibus (inquit veritas) hominibus pre timore et exſpectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. et hoc adhuc ante finem mundi. et quid fiet tunc poſtq͂ per ſe apparebit iudex in furore ſuo. ſi ex commotione elementorum et corporum celeſtium et terre motuum tanta non dubitatur aduentura calamitas toto orbi contremiſcenda? Ideo qui hic timet pruinam irruet ſuper eum nix ibi. ideſt qui hic timet paruum ſtatum penitentie. ibi abſorbetur innumerabiliu͂ penarum magnitudine. Sed forte hec ſalubria monita ambicioſi auari et voluptuoſi ſcientia ſeculari inflati et in peccatis inueterari audientes deridebunt et calumpnientur ſcriptori atq͂ preſenti ſtilo dicentes. Forte non e͂ ſalus niſi in ta͂to vite amaritudine et aſperitate? Nonne mandata dei ſeruare ſufficit. vitam ingredi volentibus. chriſto teſte que vtiq͂ ſine hac aſperitate poſſunt ſeruari? Ad quod taliter poteſt reſponderi. Non mirum videri alicui debere. ſi ſalutaria monita et ſimplex doctrina ex chriſti fundamento procedens a cordibus quorundam in ſublimitate apud ſe conſtitutorum irrideatur et condempnatur. Cum et de chriſto ſcriptum ſit. deridebant eum qui erant auari. et ſic ſp ſermo veritatis impugnatores habuiſſe inuenitur. Et quidem ſufficit ſaluari cupienti ſeruare ma͂data. ſꝫ quis eſt hic et laudabimus eum cum nemo ſit qui dicere poſſit. Innocens ſum ꝛ immunis a peccato et nemo mundus a ſorde alioquin ſic glorianti no͂ expediret dicere. Dimitte nobis debita noſtra. Sed penſet talis angulos conſcientie ſue. ſi non ſit lapſus in lingua in oculis in cogitationibus etiam minutiſſimis. Si non racha aut fatue aliq͂n dixerit ideſt aliqua͂do iram dominari miſit in animo ſuo. Si nunq͂ mulieré viderit ad co͂cupiſcendu͂ eam et alia innumerabilia.

qualia epiſtole Pauli et euangelia clamant eſſe peccata mor
talia. Et quis certus eſt de condigna pro ſuis peccatis pe
racta penitentia. cum hec omnia diſcutienda ſunt ante tribu
nal? Nam dicit quedā gloſa ſuꝑ illud Job. Nonne ipſe cōſide
ret omnes vias meas? Vias vniuſcuiuſqꝫ ſic deus conſiderat
et ſic greſſus dinumerat vt nec minutiſſimas cogitationes q̄
apud nos viſu viluerunt in eius iuditio indiſcuſſa manebunt
Cuius fundamentum ſumitur ex ore veritatis. Mathei. vi.
Anguſta porta et arta via eſt que ducit ad vitam et . pauci
ſunt qui inueniunt eam. profecto pauciores ſunt qui ambulāt
per eam. ſed paucissimi qui perſeuerant in ea. Et econtra lata
et ſpacioſa eſt via que ducit in perditionē. Cōſulendum igit̄
eſt vt per viam ambulet per quam pauci incedant et tamen
bonam. quia hec eſt ſecurior. Simulqꝫ tales alte dignitatis
viri ingenij claritate ſublimati qui ſibi iuſti videntur penſare
debent hoc quod beatus Jheronimus ſuper gloſam dicit.
Rex niniue nouiſſime audiuit ſermonem . Jhone prophete
qui tamen prior eſſe debuit ad quem ſermo dei perueniret.
Difficile inquit potentes et nobiles diuites et multi his ſimi
les. homines eloquentes. ſcientia ſeculari fulgentes credunt
verbo dei: ebetatur em̄ mens eorum opibus atqꝫ luxuria et
vicijs alijs circumdati non poſſunt videre virtutes. Simpli
citatem em̄ ſcripture ſancte. non ex maieſtate ſenſuum ſed ex
verborum iudicant vtilitate. qui antea inebriati ſcientia ſecu
lari. quorum animos compoſitio et ornatus compoſitio et
ornatus verborum et ſplendor ſermonū preſtrinxit Hec ille.
Hij em̄ ſm auguſtinū eſtimantes ſeculum ſuis ingenijs om
nia includere volūt et ſolida omnia putant que eorum diſerta
lingua ex corde tumeſcente exprimere valet cū tamen ſm apo
ſtolum Paulum non multi ſapientes . ſm carnem non mul
ti potentes non multi nobiles ſed que ſtulta ſunt mundi ele
git deus. Sapientia em̄ mundi ſtulticia eſt apud deum Sic
igitur quilibet quantumcūqꝫ prefulgeat dignitate aut fulgo
re eloquentie tumorem cordis retundere debet. ſaniemqꝫ pu
tredinis ex ſuperbia conflatam mucrone humilitatis chriſti
occidere ac ſemper humiliari ſuper potenti manu dei. ſciens
quod deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.

ſemperq̧ in timore ſtare et quam ante tribunal chriſti repor
taturus eſt ſententiam non obliuiſci et tantum de iſto. Nunc
autem ſuper eſt remedia quedam curatiua et conſolatiua ad
ducere quibus preſentandus tribunali illi ſe poſſit relenare.
ſi non terreret hec ſententia villici iniquitatis. fodere non va
leo mendicare erubeſco. excludens itaq̧ poſt villicationem
aut depoſitionem tam remedia per ſe et a ſe cōquirenda quā
et ab alijs ſibi conferenda ſcilicet penitentie opera iam eſſe
ablata et mendicata ſuffragia ſibi iam eſſe denegata: nec eīm
regredi valet ad ſtatum penitentie et nulla ſpes ſibi ſupereſt
ab alijs ſibi merita communicari. Ideo omnis ſibi conſola
tio eſt ſublata ſicut illis quinq̧ fatuis virginibus. quibus pul
ſantibus et dicentibus domine domine aperi nobis. reſpon
ſum acceperunt a ſponſo. neſcio vos. neq̧ emere volentibus
neq̧ a ſapientibus virginibus mendicare cupientibus aliq̄d
remedium inuenire potuerunt. Sic etiam huic preſentatio
ante tribunal chriſti ſi non prius oleum ſibi comparauit in
conſolatus recedet. Conſilium ergo eiuſdem euangeliſte vil
lici amplectendū eſt vt dum adhuc durat tempus villicatio
nis quilibet prudenter apud ſe agat vt faciat miſericordiam
primo anime ſue deo placere per omnia ſtudens. deinde prox
imo ſuo. primo corpus ſuum reformans penitentie opera ſtu
dioſiſſime complens dum adhuc vacat ante depoſitionem
villicationis. a ſeipſo rationem exigendo. ſi pura omnia pecca
ta confeſſus ſit. ſi condignos penitentie fructus exegerit. ſi nih
il conſcientiam remordeat ſemper fodiens caſtigando corpus
ſuum mendicans a deo veniam peccatorum et a ſanctis gra
tie impetrationem et boni finis conſumationem vt cum ipſe
defecerit illi eum in eterna tabernacula recipere dignentur.
Taliter igitur in preſenti vita ſemp̄ perſiſtēs ante illud tribu
nal cum copioſis mer[i]tibus quantū creature poſſibile eſt im
pauidus preſentabitur. fiduciam in domino firmans qui ſu
os confortans dixit. Noli timere puſillus grex. placuit deo.
patri vobis dare regnū O q̄ magna eſt fratres cōſolatio hec.
¶ Concluſio huius tractatus De arte bene moriendi.
A calce qualiſcūq̧ tractatuli volo attentū eſſe quem
libet qui hanc vtiliſſimam artem ſtudere voluerit. q̧

ſtilus preſens talem diſcipulum in ſchola poſuit tutiſſima. cō
mittens eum pedagogo duro et arduo quidem. ſed ſecuriori
qui per rectas inobliquabiles vias regulans diſcipulum. du
cit per vera huius artis principia ad cōcluſionem attendens
illud eccleſiaſtici. Qui diligit filium aſſiduat illi flagella ne ꝑ
inania vagetur. ne aliquo errore ſeducatur. Per hoc tamen
non pretendit ſtilus preſens preſcribere illis excellentibus vi
ris heroyas qui adinſtar aiotb olim iudicis iſrahel qui vtra
qꝫ manu vtebatur pro dextera. Judicum iij. Omnia que
predicta ſunt et ſi non ad litteram tamen ad ſenſum impleuiſ
ſe auguſtinum ambroſium iheronimum gregorium martinū
glorioſa mundi luminaria et ceteros tales loquor. cognoui
mus. Qui et ſi non curas ſecularium corpore reliquerunt ta
men mente tota deo adheſerunt ligati in cathedris pontifi
calibus corpore. ſed non corde. tota enim ſollicitudine artem
bene moriendi et in illis didicerunt ymmo et. docuerunt.
Quid enim extreme in his hominibus et principaliter que
ritur. niſi innocentia vite digni fructus penitentie et cū deo
ſollicite ambulare vnde prioribus non cōtenti et ipſis ſuper
erogauerunt. Et ſi quis forte modernis temporibus illis ſe
equare vellet. etiam per illorum viam ſe putans artem bene
moriendi velle addiſcere. videat caute ne ſeducatur cum verū
dicam paucos ſeu nullos in vita hac vidiſſe me recolo qua
les illos lego fuiſſe. Mihi igitur et mei ſimilibus iudico ex
pedire ad ſalutem tanqꝫ auiculas implumibus in nidulo qui
eſcendum et plumeſcendum et in vmbra deliteſcendum quo
niam fateor me alas non habere ſub quibus pullos recollige
re poſſem. vix eīn meam nuditatem recondere habeor palliū
minutum et breue vtrunqꝫ cooperire non poteſt. ne de nidu
lo implumis euolando beſtijs et auibus. ad deuorandū me
tradam. Nam ſecundum Auguſtinū. xix de ciuitate dei. Oci
um ſanctum querit caritas. veritas. negotium iuſtum ſuſcipit
charitatis neceſſitas. quam ſarcinam ſi nullus imponit. per
cipiende atqꝫ intuende vacandum eſt veritati. Quantum igi
tur eſt et eſſe debet de principali intentione hominis tūc ex
ſe ſemper intendere debet ad dei et ſui vacationem. niſi ne
ceſſitas obedientie imponat ſarcenam cure paſtoralis et tūc

illā impoſitā cōtinuare debet. Ideo ſub iſta cautela infirmā tū ſtilus hucuſqꝫ ꝓceſſit. qui ſtilus vt verꝫ fatear. circa ꝓpoſi tū in lōgius ꝓceſſit quā eſtimabā. Quippe qꝛ magnitudo rei preintente ſcilicet felicis mortis. et pauci hominum bene ſe ad hanc diſponentium et multitudo in ipſa morte periclitan tium exceſſum facere coegerunt. de qua prolixitate quia eam duxit caritas peto cōcedi veniam. Similiter et inculto ſtilo indulgentiam deprecor. quia ornatum verborum. ſicut nec ſplendorem foliorum putaui non eſſe neceſſarium. ſed ſolum fructuum vbertatem ſi qua ex his dictis meis prouenire poſ ſet. Deuota enim mens et igne diuini amoris ardens ſolum id querit vnde igniculus poſſet ſumere incrementa. Ideo et rei vtilitas breuitatem verborum excludit et feruens ardor caritatis compoſitionem verborum ſplendoremqꝫ eloquen tie denigrauit. Hunc conmittens retboribus et cōiecturan tibus in pallatijs et cōſiſtorijs ac in ſcholis qui ſua ventoſa loquacitate de iurium inuolutionibus, formabilibus quidi tatibus eſſe et eſſentia vniuerſalibus platonicis et nodiſſi mis difficultatibus et exquiſitiſſimis queſtionibus totum tempus vite ſue vanis delectationibus conſumunt. qui pa rum eſtimant de hac arte bene moriendi et quaſi in ſomp nis de ipſa cogitant et fantaſiantur cū tamen vel harum va nitatum. ſecum delaturi ſint ad tribunal chriſti quos arguit Moyſes vtinam inquit ſaperent et intelligerent ac nouiſſi ma prouiderēt. Neqꝫ tunc hec erunt in memoria qꝛ dum age tur de penis ceſſat omnis ſilogiſtica diſputatio et tūc exper turi ſunt quantū eis ꝓfuiſſet relictis illis vanitatibus huic arti vtiliſſime bene moriendi intentos fuiſſe. Qui vero eidē arti in preſenti operam dederint quam hic ſtilus deſcripſit gratum me habebunt qꝛ eam me putaui docere. quam neſcit an ego ipſe didici impraxi licet docere curaui inſpeculatiōe. Si qui tñ illis reperirentur ſeruire in officijs ſm rectā inten tionē ad tempus vel neceſſitate cogente aut vtilitate cōmuni ſuadente pedem tamen non figentes in ipſis. ſed retrahen tes et huic arti aliquando applicantes. nouerint ſe a fructu

huius artis non alienos. De quo fructu. quātus ſit. beatus Auguſtinus cum matre ſua quadam vice cōferentes vt ipſe teſtatur libro. ix. cōfeſſionum ſuaꝝ. ſermonem ad eum finem perduxerunt vt oim carnalium ſenſuū quātalibet delectatio in quātalibet luce corꝑea. pre illius vite ad quā ſuſpiramus iocunditate non cōparatione aliqua ſed nec cōmemoratione quidē digna videtur. Ibi cm̄ ſecundū eundem in fine de ciuitate dei vacabimus et videbimus. videbimus et amabimus. amabimus et gaudebimus. gaudebimus et laudabimus. qđ gaudium nobis cōcedere dignetur ille qui eſt via et veritas et vita. X̄p̄us iheſus. benedictus ꝑ eterna ſecula Amen.

Tractatus Doctoris Jacobi ordinis Carthuſienſis De arte bn̄ moriendi. Impreſſus Lipczik ꝑ Arnoldū de Colonia. Anno dm̄. M.cccc.xcv.




Ст. 14.111
Ст. 14.112
Ст. 14.113
bene mori

II сидор
Ст. 14.111
II
Ст. 14.112
II
Ст. 14.113